

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1511

Autre(s) référence(s) : Fauroux 65 / Tabuteau 153 / Round 704

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1027-1033]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique abandonne au monastère du Mont-Saint-Michel les droits revendiqués jusque là par ses prédécesseurs.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 65, p. 195-197.

Dissertation critique

Datation proposée par M. Fauroux.

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Rotbertus comes, filius magni Richardi, gratia Dei dux et princeps Normannorum reddo Sancto Michaeli altare suum cum toto monasterio quod predecessores mei sibi actenus vindicaverant. Reddo autem illud tali conditione ut quæcumque a fidelibus populis ibi Deo et Sancto Michaeli fuerint oblata, monachi ibidem Deo servientes omnino habeant, teneant et possideant in loci utilitate et ulterius veniat in custodia clericorum aut laicorum, nisi abbatis et monachorum. Et hoc facio, pro remedio animarum parentum meorum, patris et matris, fratrum ac sororum et meæ. Si quis autem aliquando successorum meorum, instinctu diaboli commotus, hoc decretum violare vel aliorum vertere presumpserit, in diem magni iudicii, Deo et Sancto Michaeli rationem reddere cogatur. Et ut hoc inconvulsum permaneat et omnibus seculis notum, manu propria subterfirmo, fidelium quoque nostrorum testimoniis confirmare iussimus.

† Ego Rotbertus, gratia Dei Normannorum dux, hoc signum crucis faciens, manu propria hanc donationis cartulam confirmo, fidelium quoque nostrorum testimonio et auctoritate subter confirmare iussimus, quorum nomina hæc sunt :

+ Hugo Baiocacensis episcopus. + Herbertus Lesvicacensis episcopus. + Hugo Abrincatensis episcopus. + Johannes Fiscanensis abba (sic). + Gislebertus filius Godefridi comitis. + Anschitillus, Baiocacensis vicecomes. + Hugo vicecomes, filius Turstingi. + Richardus de Crolei. + Rodulfus Taison et frater ejus Ernis. + Osbertus filius Herfasti. + Nigellus vicecomes. Fulco filius Girardi. + Rabel. + Vuilelmus filius Turstingi et alii quam plures. + Suppo monachus. + Jozelinus monachus.